



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117875**

§. 10. Boso Rex coronatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](#)

Sæculum IX. cellensi jubens, ut eum reciperent; d.  
A. C. 879.

eebat enim, quod oporteret, felices se  
credere Vercellenses, cum Episcopum a  
Papa consecratum acciperent, & refra-  
ctariis excommunicationis pœnam con-  
minabatur.

Permuli crediderunt, jurgia inter  
Anspertum usque adeo pertinacem, &  
Papam tantopere indignantem inde or-  
tum traxisse, quod in negotio maximi  
momenti, nempe, quis Princeps in Re-  
gem Italiæ & Imperatorem eligendus  
esset, dissiderent. Vidimus enim, hanc  
quæstionem in Conciliis a Pontifice fre-  
quenter convocatis moveri, & Archie-  
piscopus Mediolanensis ex consuetudinis  
jure, quo gaudebat, Regem Longobar-  
diæ a se coronandum esse contendebat.  
Illud quoque alii conjiciebant, Papam  
cepisse consilium, Bosonem, quem in Fi-  
lium adoptaverat, Imperatorem procla-  
mandi. Sed Boso aliam sibi coronam  
comparavit.

### §. X.

#### *Boso Rex coronatur.*

*Ann. Bert.*  
879.

**B**osonis uxor Ermgardis sæpe mulie-  
bri ambitione dicere auditæ fuerat;  
sibi, ex Imperatore Italiæ natæ, & olim  
Imperatori Græcorum desponsata, vi-  
tam fore intolerabilem, nisi efficeret, ut  
maritus suus in Regum numerum assere-  
retur.

retur. Inter hæc vero Ludovicus Bal- Sæculum IX.  
bus Compendii in parasceve, decima o- A. C. 879.  
ctava Aprilis anno octingentesimo se-  
ptuagesimo nono e vita discesserat, cum  
non plus mensibus octodecim regnassat, *Ann. Met.*  
anos natus triginta quinque, relictis 878.  
duobus filiis, Ludovico & Carlomanno, *Sup. Lib.*  
*LIL §.54.*  
genitis ex Ansgarde, ad quam dimitten-  
dam, ut memoravimus, & ducendam  
Adelheidem eum parens compulerat.  
Porro Adelheidis, cum Rex maritus mo-  
reretur, uterum ferebat. Nihilominus  
Ludovicus & Carlomannus Reges salu-  
tantur, & ab Ansegiso Archiepiscopo  
Senonensi in Monasterio Ferrarensi coro-  
nantur. Ergo Boso, occasione usus &  
tempore, quo Regum puerorum ferme  
nulla erat auctoritas, Episcopos Provin-  
ciæ aliarumque regionum adjacentium  
usque ad Burgundiam tum minis tum  
promissis (nam Monasteria & agros iis-  
dem postea donavit) coegit, ut se Regem  
coronarent.

Inaugurationis solemnia in loco vul-  
go *Mantale* seu *Mante* prope Viennam Tom. IX.  
decima quinta Octobris anno octingen- Conc. p.331.  
tesimo septuagesimo nono peracta. Illo  
Episcopi viginti tres convenerant, quo-  
rum Diceceses hujus novi regni latitudi-  
nem indicant. Inter Episcopos emine-  
bant Archiepiscopi sex Otramus Vien-  
nensis, Aurelianus Lugdunensis, Teutra-

*Hist. Ecclef. Tom. XII.*      U u      mus

Sæculum IX. mus Tarentasianus, Robertus Aquensis,  
A. C. 879. Rostangius Arelatensis, Theodoricus Ve-  
suntinus. Ceteri erant istorum Suffra-  
ganei. De Actis hujus Concilii tria ha-  
bemus, Decretum electionis, Epistolam  
ad Regem, ejusque responsum. In De-  
creto hæc leguntur; Rege defuncto  
(nempe Ludovico Balbo) cum populus  
Defensorem non haberet, Episcopos &  
Optimates oculos conjectisse in Bosonem  
Principem, virum ad protegendam rem  
publicam præ ceteris idoneum, cuius  
sub Carolo Imperatore & Ludovico Re-  
ge maxima fuisset auctoritas, quem ho-  
die Joannes Papa summo in pretio habe-  
ret, & tanquam filium diligeret; quare  
eundem invitum fuisse electum, & relu-  
ctantem unctum & coronatum. In Epi-  
stola, petunt Bosonis consensum, & con-  
ditiones, id est, boni Regis officia, po-  
nunt. In Responso, Boso Regnum reci-  
pit, quamvis se tali honore indignum  
profiteatur, ne Divinæ voluntati, inquit,  
resistere videar. An utrinque sincere  
locuti fuerint, ex iis, quæ paulo ante re-  
tuli, lector judicet.

### §. XI.

#### *Res Italiæ.*

*ep. 109.* Pontifex vero adhucdum ad pacta cum  
Saracenis rescindenda Principes Ita-  
liæ permovere conabatur. Datis ad Pul-  
carium